

vel quasi transire in monasterium quoad proprietatem, & usufructum; quia sunt filij quoad vtrumque. Disputantque Doctores hic, an libri dari à patre filiofamilias causi studij reputentur bona filij, & consuetudine in monasterium transant; Sed petit res hæc longam disputationem, & ideo est lætè tractanda in 4. Decalogi præcepto, vbi disputatur de his filiofamilias pecuniis, & quando ea conferre teneatur. Fatentur etiam pecuniam aduentitiam transire in religionem quoad proprietatem, quæ filij erat.

38 Difficultas autem specialis est de aduentitio filiofamilias pecunio, an transeat in monasterium quoad usufructum; atque ita per filij professionem priuatur pater usufructu illo, quem in illud acquisierat: Affirmant aliqui, & potest probari argumento ducto à matrimonio carnali, vt illud proposuimus num. 25, in quodam simili. Secundo potest probari argumento ducto à cessante causa, cessat effectus. c. cum cessante, de appellat. Sed patria potestas, quæ est causa acquisitionis huius usufructus, cessat per professionem: ergo cessabit quoque usufructus; ac proinde ad monasterium in posterum pertinebit. Ita docent fortè posse dici quando filius expressè disposuit de illis bonis, aliàs standum auib. si qua mulier. C. de sacros. Ecles. Abb. e. in presentia. num. 56. de probat. Rosel. verb. clericus. fin. & verb. legari. num. 18. Syluest. verb. clericus. 4. q. 14. num. 10. & de acquisitis ante clericatum dicit fortè ita esse, vt efficiantur quasi castrensia professione sequuta, Guillemus Benedict. c. Raynuius. verb. matrem. num. 20. de testam. & expressè, quod perdat pater cum usufructum, & transeat ad monasterium, tenet Benedictus Egid. l. 1. p. 4. §. 2. num. 19. faltem de iure Lusitanie.

39 At omnino dicendum est, huiusmodi bona non effici quasi castrensia professione sequuta; atque ita nullatenus pertinere ad monasterium quoad usufructum, sed quoad solam proprietatem, remanente usufructu apud patrem, dum pater viuat, & eo mortuo consolidari cum monasterij proprietate. Ratio est, quia nulla potest esse ratio huius usufructus amittendi, nisi eo quod patria potestas, quæ eius causa erat, soluitur professione filij. At hæc ratio non obstat, quia usufructus semel acquisitus non amittitur cessante patria potestate. l. vlt. c. ad Terrull. c. l. 5. C. de usufruct. Quare tunc cessante causa, cessat effectus, quando ab illa dependit in fieri, & conseruari, vt lux à Sole; secus quando solum in fieri pendet, vt calor ab igne: usufructus autem pendet solum in fieri à patria potestate. Item, quia in amittendo usufructu non attenditur mors domini proprietatis, sed ipsius usufructuarij, vt probauimus num. 5. Si ergo morte naturali filiofamilias, qui est proprietatis dominus, non finitur hic paternus usufructus, à fortiori nec morte ciuili: eo vel maxime, quod certius sit dissolui patriam potestatem morte naturali filij, quam ciuili. Item probatur rationibus, quibus num. 26. probauimus idem de bonis acquisitis à filiofamilias ante clericatum. Et ex dictis sibi, & hic constat ad rationes contrarias. Et ideo hæc partem sustinet Specul. tit. de statu monach. §. vltico. num. 9. Anton. e. in presentia. num. 56. de probat. & ibi Decius in nou. edit. num. 247. Beronius num. 526. & 527. Parif. nu. 153 Mantua num. 69. Odofred. aub. ingressi. num. 4. C. de sacros. Ecles. & ibi Babel. q. 9. Salycet. num. 4. q. 1. Tapia ibi. verb. sua. c. 4. n. 4. Alciat. l. gallus. §. & quid si tantum num. 81. ff. de liber. & posth. Ioan. Lup. rubr. de iur. inter vir. & vxor. §. 42. sine. Nouell. repetit. l. cum filiofamilias. num. 42. ff. de legat. 1. & ibidem Babel. nu. 11. Angel. summ. verb. religiosus. num. 56. Syluest. v. religio. 6. q. 1. dicto 5. Taberna verb. religio. quest. 36. & ibi Artil. num. 24. Nauar. comment. 2. num. 2. de re. Soarez in q. maioratus. num. 37. Greg. I. muni. usufructu. tit. 17. p. 4. Villalobos in sui. ad. verb. monachus. num. 183. Ant.

l. 48. Tauri. num. 7. fin. Benedictus Egidius l. 1. p. 1. §. 7. num. 6. C. de sacros. Ecles. Ioan. de Montesperd. conf. 46. num. 1. vol. 1. Menchaca de success. progress. lib. 1. §. 1. a. n. 39. vsque ad 43. & omnes Doctores num. sequenti allegandi. Castillo de usufructu. lib. 1. c. 65. tom. 1. de iust. disp. 1. col. 5. vers. hoc tamen fundamento. Azor tom. 1. insti. moral. lib. 1. c. 8. q. 3. & tom. 2. lib. 2. c. 22. 95. Leonard. lib. 2. de iust. c. 41. dnb. 10. num. 33. Manuel quest. regular. tom. 3. q. 16. art. 4. Rebell. vlt. de iust. p. 2. lib. 1. quest. 8. sed. 6. numero 64. Pinel. l. 1. p. 1. num. 45. C. de bonis matern. Caldas l. si curatorem. verb. lesu. num. 105. sine. C. de in integ. restit. Mendez l. cum oportet. 2. p. num. 129. C. de bonis que liber. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. §. 9. gloss. 2. num. 2. & tit. 8. l. 1. gloss. 3. num. 20. Sayro in claus. regia. lib. 9. c. 7. num. 9. Lælius Zecchius de Repub. eccles. tit. de regular. c. 3. numero 14. ampliat. 5. & 2. p. sue summa. c. 8. num. 7. Atque idem docent Doctores alij, quos num. 26. retulimus dicentes, bona acquisita ante clericatum non effici quasi castrensia clericatu acquisito, & adhuc patri competere usufructum illorum.

Hinc deducitur minus benedixisse Abbatem, & eius sequaces relatos num. 38. posse filiumfamilias in religionem ingressum disponere de aduentitiis quoad proprietatem, & usufructum, quia cum usufructus ille non sit suus, sed patris dum viuat, non erit integrum filio de illo disponere. Atque ita tradunt Decius, Beronius, Parif. Mantua num. 66. Angelus, Syluest. Tabien. Artil. Gregor. Lopez, Anton Gomez num. præcedenti allegati, Tello l. 5. Tauri. num. 5. & ibi Auendaño iunior gloss. fin. num. 3. Rojas epim. success. c. 29. numero 25. Spino specul. testament. gloss. 9. principal. numero vlt. Gutier. q. 9. pract. lib. 2. q. 40. n. 3. Mariézo lib. 5. recopil. tit. 1. §. 4. gloss. 3. numero 4. Morquechus de diuis. bonor. lib. 4. c. 4. num. 25. Benedict. Egidius eo. numero 6. & 7. 8. 9. vbi eum allegauit num. præcedenti. Azor tom. 1. insti. moral. lib. 12. c. 8. q. 9.

40 Sed in regno Castellæ est difficultas specialis, an integrum sit filiofamilias testari de tertia bonorum aduentitorum parte non solum quoad proprietatem, sed etiam quoad usufructum: Quia in re quidam censent quemcumque filiumfamilias posse in hoc regno testari de ea tertia parte etiam quoad usufructum. Ducuntur, quia l. regia. 5. Tauri, hodie l. 4. tit. 4. libro 5. noue. recopil. sic habetur: El hijo, o hija que esta en poder de su padre siendo de edad legitima para hazer testamento, pueda hazer testamento, como si estuiera fuera de su poder. & statim l. 6. Tauri, hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. recopil. datur facultas filio testandi de tertia bonorum parte in ascendendum præiudicium. Ergo poterit testari de ea tertia parte etiam quoad usufructum; tum quia ea l. 6. datur facultas hæc testandi nulla adiecta limitatione: tum etiam, quia ea l. 5. dicitur posse testari, ac si extra patriam potestatem esset; sed si esset extra patriam potestatem, posset etiam de usufructu illius tertia partis testari. Et ideo hæc partem sustinent Anton. Gomez l. 6. Tauri. numero 14. Menchaca de success. progress. lib. 1. §. 1. numero 31. Ceruant. l. 5. Tauri. numero 47. Azebedo l. 4. numero 12. & 13. tit. 4. lib. 5. noue. recopil. Molina Societatis I. s. v. tom. 1. de iust. disp. 232. col. 4. vers. ad effectum tamen.

Sed dicendum est, non posse testari, à nisi de tertia parte quoad proprietatem; quare fructus pater, cum non debet testari, usufructu illius tertia partis, & eo tenetur ab illum, cui filius reliquerit proprietatem. Ducor primò, quia statutum permittens filiofamilias testari, intelligendum est absque usufructu paterni præiudicio, vt optime docent Baldus l. si queramus. in fine. ff. de testam. Imola c. quia ingredientibus. numero 28. de testam. Guillemus Benedictus c. Raynuius. verb. matrem. numero 24. de testam. Franc. rubr. de testam. in 6. numero 45. Pinel. l. 1. p. 1. num. 44. C. de bonis matern. Cephalus conf. 156. numero 37. vol. 2. Ergo

Ergo lex illa regia permittens ei testari, est intelligenda absque huius usufructus præiudicio. Secundo, quia cum illa lex sit iuris antiqui correctiua, quod filiofamilias denegabat testandi de aduentitiis potestatem etiam patre consentiente. l. qui in potestate. ff. de testam. & §. 1. instit. quibus non est permisi. fac. testam. est restringenda, vt in quantum fieri possit, minus illud lædat, eo vel maxime, quod sit etiam in patriam præiudicium. Ergo non est extendenda, vt liceat etiam de usufructu testari, sed potius ad solam proprietatem restringenda est. Quare dum concedit filiofamilias potestatem illam testandi, ac si esset sui iuris, sensus est, patriam potestatem nulli obstaculo ei esse quoad testandi potestatem, sed posse ea non obstante testari, ac si extra illam esset. Non autem est dicendum, vt intelligatur licere quoque testari quoad usufructum, vt intelligatur licere quoque testari contra regulam traditam l. 1. C. de dor. promisi. Prius, vt filiofamilias liceret de aduentitiis testari. Posterius, vt id quoque liceret in usufructu paterni præiudicium. Tandem, quia nec filius sui iuris effectus, vt Episcopus, potest testari de bonis aduentitiis, quorum pater ante dignitatem usufructum acquisierat, cum ille usufructus adhuc sit patris, vt probauimus numero 26. Ergo quamuis lex concedat filiofamilias testari, sicut si esset sui iuris effectus, non inde sequitur, vt id possit in præiudicium usufructus paterni. Et ideo in terminis huius legis hanc sententiam sustinent Peralta rubr. ff. de hered. instit. numero 181. Anton. Gomez sibi contrarius l. 48. Tauri. numero 7. Aluaradus de coniecturata mente testatoris. lib. 2. c. 1. in princip. numero 8. Tello l. 5. Tauri. numero 5. Molina libro 2. de primog. c. 9. numero 22. & 23. Pelaez de maioratus in priori editi. l. 1. p. quest. 1. num. 46. Rojas epim. me success. c. 29. numero 25. Perez l. 1. tit. 2. libro 5. recopil. fol. 111. & Addition. ad Seguram. l. Imperator. num. 78. ff. ad Trebell. Caldas l. si curatorem. verb. lesu. numero 152. C. de in integ. restit. Mendez l. cum oportet. 2. p. numero 130. C. de bonis, que liberis. Matienzo libro 5. recopil. tit. 4. gloss. 3. num. 3. & l. 1. tit. 8. gloss. 3. num. 18. Auendaño iunior l. 5. Tauri. gloss. final. num. 1. Azebedo sibi contrarius l. 1. tit. 8. num. 55. lib. 5. recopil. Cornejo addit. ad Anton. Gomez l. 6. Tauri. numero 14. Morquechus de diuis. bonor. lib. 4. c. 4. num. 26. Gutier. quest. pract. lib. 2. q. 40. num. 4. Molina Societatis Lessi sibi contrarius tom. 1. de iust. disp. 138. col. 2. vers. in regno vero. Manuel quest. regular. tom. 3. q. 16. art. 4. Spino specul. testament. gloss. 4. rubrica. num. 16. & gloss. 9. principal. num. vlt. & Castillo de usufructu lib. 1. c. 63. fin. quamuis dicat rem esse dubiam, ait durum esse, in iudicando, & consulendo ab hac sententia recedere.

43 Addit Aluaradus eodem num. 8. integrum esse huic filiofamilias testari etiam de usufructu ad pias causas pro anima, & conscientie exoneratione. Quia onus administrandi necessaria personæ filij incumbit patri: & quia fauore anime defuncti multa permittuntur. Sed dicendum est, pro exoneratione conscientie, & restituiendis male ablatis non dubium esse, quin possit filius non in solo bonorum tertio, sed in tota hereditate grauare patrem, quia cum non sint bona filij, nisi deducto ære alieno. l. subsignatus. §. bona. ff. de verbor. signific. debita ex toto ære hereditatis extrahenda sunt, sicut & debita parentis ex tota filiorum hereditate. Sed tunc debent tenebatur pater ea soluere, si legitime ei consenti: cum dictis filij etiam iuratis non teneatur in præiudicium credere, iuxta doctrinam Bart. eomuniter receptam. l. cum quis decedens. §. codicillis. nu. 2. ff. de legat. 3. vbi tradit confessionem testatoris etiam iuratum non probare in sui præiudicium, nedum tertij. Et quando est in præiudicium tertij, vt legitime debite filius, tenet multos allegans Gutier. de iurament. l. p. c. 5. num. 21. 22. & 23. quest. pract. lib. 3. q. 96. num. 5. Et cum pater sit creditor respectu etiam usufructus illius tertij, non

tenebitur ei in sui præiudicium credere. Quod in foro conscientie temperandum est, nisi ex adfinit coniecturæ, vt pater certò credat filium vera asserere. Sicur docent Doctores communiter de filio, cui mater asserit adulterio se illum concepsisse, non teneri credere, nisi ex adfinit coniecturæ, vt sibi merito persuadeat, matrem verum dicere. Quoad reliqua etiam legata pia, caret fundamento, dicere, posse grauare patrem in suo usufructu; sed in solis funeris expensis potest, ad quas pater tenebatur ex suis bonis, si nulla filij extarent. Vt autem possit filius obligare patrem ad consentiendum legata illius tertiae bonorum partis statim solui, id medium esse potest, vt proprietatem alicuius partis illius tertij leget patri, ea conditione, vt permittat alia legata impleri statim in præiudicium sui usufructus, vt bene dixit Manuel numero precedenti allegatus. Verum non sufficit ad hoc filium legale patri aliquam partem illius tertij, vt teneatur ob id grauare patrem ad consensum hunc præstandum, sed oportet, vt id exprimat. Quippe in dubio ea voluntas non præsumitur. Et vtrumque confirmatur ex doctrina, quam in alio simili tradunt Gutier. lib. 3. practiar. quest. 57. numero 15. Castillo de usufructu. lib. 1. c. 45. numero 14. & 15. & alij per eos allegati, nempe, quamuis legatum usufructus omnium bonorum relictum vxori à coniuge habente descendentes legitimos, valeat in sola quinta bonorum parte, de qua in eorum præiudicium poterat disponere: at potest pater legare proprietatem quinti illis descendentes, cum hoc onere, vt consentiant vxorem percipere omnium aliorum bonorum usufructum; & sic is usufructus compensabitur cum illo legato. Nec vir legans proprietatem quinti descendentes censetur eam compensationem velle, nisi manifestè eius voluntas constet.

44 Hactenus dicta sunt de acquisitis ante religionis ingressum: nam de acquisitis post professionem nullus dubitat quem videmus, sed omnes affirmant ea esse quasi castrensia, acquirunt monasterio quoad proprietatem, & usufructum, vt si filiofamilias iam professus succedet in bona materna, aut aliquid acquirit: tum quia, cum acquisitionis tempore sit extra patriam potestatem constitutus, nequit pater illum usufructum in eis bonis acquirere; quippe qui esset patrie potestatis effectus: tum etiam, quia professi gaudent hoc clericorum priuilegio, quod est, vt omnia post clericatum acquisita sint quasi castrensia, iuxta dictam 31. & probabimus n. 46. Atque ita docent Abb. e. in presentia. num. 56. de probat. & ibi Parif. num. 156. Beronius num. 528. Syluest. verb. clericus. 4. q. 14. num. 10. verb. religio. 6. q. 1. dicto 5. Rosel. verb. clericus. 4. sine. & verb. legare. num. 1. Angel. verb. religiosus. nu. 56. Tabien. verb. religio. quest. 36. num. 37. Mendez l. cum oportet. 2. p. num. 129. C. de bonis, que liberis. Castillo de usufructu. lib. 1. c. 65. sine. Azor tom. 1. insti. moral. lib. 12. c. 8. q. 9. Molina tom. 1. de iust. disp. 140. col. 5. vers. hoc tamen fundamento. Lælius Zecchius 2. p. sue summa. c. 8. n. 7. Sayro thesaur. casuum. tom. 2. lib. 9. c. 7. n. 9.

Atque de religiosis Societatis I. s. v. qui vota benedicti in ea emiserunt, dicendum est, bona per ipsos acquisita post ea vota, esse quoque quasi castrensia. Quia cum veri religiosi sint, comprehenduntur quoque nomine clericorum, iuxta dictam numero sequenti. Præterea, quia sunt quoque extra patriam potestatem ad illa vota constituti, vt probauimus supra.

Immo & bona acquisita per cuiuscumque religionis non religiosos existimo quoque gaudere eodem priuilegio, vt si quasi castrensia, quamuis neminem de hoc differere minuerim. Ducor, quia id priuilegium conceditur acquisitis per quoscumque clericos, etiam solius praeconstruere, vt probauimus numero 35. Ad clericum in nomine, in fauorabilibus comprehenduntur omnes, qui non sunt laici, vt tradunt Abb. rube. vlt. & l. vestire clericor. num. 4. Rosel. Syluest. quidam res. at maner. extan

Tabien. verb. clericus. i. statim in princip. At novitios constae non esse laicos. Praeterea, quia omnes gaudentes privilegio fori, dicuntur per sonae ecclesiasticae, vt tradit Decius c. Ecclesia sancta Mariae in noua diu. numero 26. de consue. At novitios potiri fori privilegio factis probauimus supra: & ideo dicuntur personae ecclesiasticae. At Nauar. comment. 2. de regular. numero 55. ait hoc privilegium concedi clericis, & ecclesiasticis. Et quamuis obsecrare, tenet Palud. 4. d. 38. quae 3. art. 1. numero 8. cancl. 4. referens enim quosdam sentire solos Doctores, & aduocatos habere quasi castrense, & sic patrem posse vtique ad professionem reuocare libros filij, subdit probabilius esse, vt tyro, & armiger habeant castrense, sicut miles, & scholaris, quasi castrense, sicut aduocatus.

S V M M A R I V M.

- An usufructuario quocumque prater patrem proficiente, transferat usufructus ad monasterium? referuntur quadam sententia. num. 47.
- Explicatur sententia auctoris, & quando dicitur ille usufructus. num. 48.
- An ius usufructus, an ipsius sola commoditas transeat in monasterium? referuntur quadam sententia. num. 49.
- Explicatur sententia auctoris. num. 50.
- Quid de usufructu temporalis, an pereat morte monachi contingenti ante id tempus? num. 51.
- Decima pretij rei, in qua est census perpetuus, vendita, aut res illa cadens in commissum, an pertineat ad monasterium usufructuarium, aut capellanum, qui ratione capellanie potitur fructibus illius census, an potius ad proprietarium? num. 52.
- An professione religiosi in monasterio succedendi incapax, & totis biennij, aut coadiutorum formatorum in Societate IESU, extinguatur usufructus? num. 53.
- Quid de annuo legato relicto monacho in seculo, an cesset professione in alia religione, aut in religione incapax succedendi? num. 54.
- An hoc professio in religione incapax, extinguatur ius usufructus, & annui legati ante professionem alienata? numero 55.
- An ante professionem in religione incapax, aut incapax, sit integrum testari de hoc usufructu, aut annuo legato? numero 56.
- An integrum quoque sit testari de fructibus maioratus? numero 57.
- An vt haeres exclusio monasterio in hac succedat, oporteat mentionem omnium horum facere in heredis institutione, & sic de his testetur in religione incapax succedendi, debeantur statim a die professionis, an expectanda sit mors naturalis illius monachi? num. 58.
- An si quis vendat usufructus commoditatem, & postea ingreditur monasterium incapax succedendi, & sic pereat usufructus, teneantur haeres restituere pretium emptorij? num. 59.
- Quando dicitur usufructus in monasterio, aut alio heredem quando est relictus alij pro se, & suo heredem: & an ius usufructus finitur persona primi heredis, etsi relictus sit pro se, & suis heredibus? num. 60.
- Quando dicitur in monasterio usufructus relictus monacho iam professo, & an velius filiosfamilias expiret morte patris, aut morte filij? num. 61.
- An usufructus monasterio per professionem acquisitus transeat in posterum monasterium, ad quod monachus in Proprietate probantia partem negantem. num. 62.
- Quando est acquisitus ante professionem, transit: quod monachus transit ad ordinem incapax succedendi ius eius professione. num. 63.
- Quid si sit relictus pro se, & suo heredem? num. 64.
- Quid si sit relictus monacho post professionem? num. 65.
- Quid si sit relictus tempore nouitatus? num. 66.

QVÆSTIO quarta. An usufructus cuiuscumque usufructuarij prater patris in aduenticia filij bona, acquiritur monasterio per illius monachi professionem? Quidam existimant usufructum illum non acquiri monasterio, sed ipsius religiosi professionem extingui, & consolidari cum proprietate. Dicitur, quod ius usufructus nequeat in monasterium transire, cum sit personalissimum, ac ita personae usufructuarij coherens, vt nec cessante, nec alio modo in aliam transire possit, vt probauimus num. 5. 14. & 15. ac proinde nequit in monasterium transire: nec etiam potest in monacho manere, vt pote qui per professionem redditus est incapax cuiuscumque proprii habendi. Ergo necessario fatendum est, ius illud extingui. At iure illo extincto nequit eius commoditas perleuerare, vt pote quae ab illo dependet, & eo extincto perit, vt explicauimus n. 18. Secundo, quia si transiret in monasterium, esset duraturum centum annis, vt durare usufructum Ecclesie relictum diximus n. 7. cum tamen omnes usufructum extingui morte monachi fateantur. Et ideo hanc sententiam sustinent Glossa c. si qua mulier. verb. non extantibus. sine. 19. q. 3. Causas in suis quae communi. q. 64. sine. Sed falso allegat pro se Cynus, Iasonem, Salyceum auctorem. ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesiis. Eandem sententiam debet consequenter loquens tenere Fachneus in controuers. iuris. lib. 6. c. 12. vers. ego puo. Nam eadem ratione probat usufructum paternum extingui patris professione: quare cum illa aequè idem probet in alijs usufructuarijs, tenetur consequenter de illis idem asserere.

Cæterum dicendum omnino est, usufructum illud minime extingui, sed acquiri monasterio, dum professus ille naturaliter vixerit, ac naturali eius morte extingui. Ducor, quod auct. ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesiis, decidatur, omnia bona, iura, & actiones monachi transire in monasterium ipsa professione, nec ibi, nec in aliquo alio textu excipiatur usufructus, nec prior ratio contraria id persuadeat, vt explicabimus duplici n. sequenti. Nec etiam id suadet posterior, quia optimè respondet Ioan. Andr. Addition. ad Speculatorem statim allegandus, usufructum relictum directè Ecclesie durare centum annis; secus quando non directè, sed Ecclesia succedit in ius alterius, tunc enim tandiu durabit, quando vixerit ille in cuius ius succedit. Et ideo hanc sententiam sustinent Gloss. d. auct. ingressi. verb. dedicant. & ibi Odofred. num. 10. Cynus numero 12. Bart. in 1. lectura. numero vlt. & in 2. num. 22. Bald. num. 31. Belapert. col. 8. vers. sed pone in diffiliori. Dec. ad fin. Paul. numero 26. Alberic. numero 2. Iason numero 48. Salyceus num. penult. quae 7. Rosel. numero 18. Signorolus num. 28. idem Bart. auct. idem est. in princ. num. 1. C. de bon. qua. liber. & ibi Cynus q. 2. Alberic. n. vnic. Salyceus n. 1. Angel. num. 1. idem Alberic. l. final. n. 3. C. de Epi. cop. & cleric. Azo sum. in rubr. pandeclar. tit. quibus modis usufruct. & vsus amitt. n. 2. idem Bald. in 1. ius. de usufruct. s. finitur. in fine. Archidiacon. c. si qua mulier. n. 4. 15. q. 3. Speculat. tit. de statu monach. s. vnic. n. 12. q. 46. & ibi Ioan. Andr. in additione. l. M. verb. in monasterium. Idem Ioan. Andr. c. in presentia. numero 16. de probat. & ibi Innocent. numero 5. Hostiensis numero 8. Anton. numero 23. Anebar. numero 21. Dec. in noua edit. numero 257. Bellamer. 6. Paris. numero 163. idem Anchar. cons. 196. sine. Abb. l. final. numero 2. de pignor. Henric. ibi. in l. gallus. §. & quid si tantum. numero 10. ff. de liber. & post. & ibi Crotus numero 30. Fortun. numero 66. Imola l. cum filio. numero 8. ff. de legat. 1. Berroius cons. 29. numero 4. vol. 1. Gigas de pensio. quae 17. num. 1. & 9. Guid. Pap. quae 477. num. 44. & 591. numero vnic. Gambar. de auctoritate legati de latere. l. 6. numero 735. Hippolyt. singular. 667. numero 1. Guillelmus Benedictus c. Raynuius. verb. restatore inique mortuo. al. 1. numero 298. de testament. Bernardus Diaz regula 294. numero

numero vnic. Rosel. verb. donatio. 1. numero 44. Angelus verb. religiosus. numero 52. & verb. hereditas. numero 20. Syluest. verb. religio. 6. quae 1. dicta 2. & verb. hereditas. num. 1. quae 7. & verb. religio. num. 21. Tabiena verb. hereditas. quae 14. num. 15. & verb. religio. q. 34. num. 35. Nauar. comment. 2. de regular. numero 58. de regular. Suarez allegat. 20. num. 20. Gomez Arias l. 46. Tauri. paulo post princ. Couar. cap. 2. num. 9. de testam. Anton. Gomez l. 48. Tauri. num. 8. Villalobos in suis communibus. littera M. verb. monachus. num. 178. Mantic. de coniectur. vlt. volum. lib. 11. tit. 19. numero 28. Angul. de meliorat. l. 1. glo. 3. numero 25. Cald. de nominat. emphyteor. c. 6. num. 14. & l. si curatorem. verb. l. si. numero 14. C. de in integr. restit. Spino specul. testam. glo. 12. principali. num. 21. Tapia d. auct. ingressi. verb. sua. c. 17. in numero 1. vsque ad 6. Castillo de usufruct. lib. 1. c. 64. num. 3. Benedictus Egid. l. p. 4. §. 2. num. 9. & 10. C. de sacros. Eccles. Patlador. in sequentur. quotidianar. different. different. 73. §. 1. ad finem. Molina com. 1. de iust. disp. 9. col. antepenult. vers. dubium vltimum est. Azor tom. 1. in 1. moral. lib. 12. c. 8. q. 2. Sayro in clauiregia. lib. 9. c. 7. num. 8. dub. 6. Grass. 2. p. dec. lib. 3. c. 19. numero 43. Lælius Zecchius de Rebus. eccles. tit. de regular. c. 3. numero 14. ampliat. 2. Rebell. de iust. p. 1. lib. 1. quae 7. sect. 2. numero 21. Galganctus de condit. & demonstrat. p. 1. c. 11. quae 1. 8. Hec tamen sententia intelligenda est, quando monachus non disposuit aliter ante professionem: quando enim aliter disposuit, seruabitur ea dispositio; sicut etiam idem in successione in alia monachi bona contingit, vt bene ait Rebell. eodem num. 21. Qualiter autem liceat de hoc usufructu testari, explicabimus a num. 55.

Sed magnum facessit negotium in enodando modo, quo usufructus in monasterium transire valeat: vtget enim ratio prior proposita numero 47. quae fortiter probat nec usufructum, nec eius commoditatem transire posse in monasterium. Et ideo duplex est hoc enodandi modus. Prior asserit ius usufructus manere in monacho, commoditatem autem eius transire in monasterium. Non obstat monachus iuris cuiuscumque proprii retinendi esse incapax, quia id verum est, vt eius commoditate fruatur: secus autem in monasterij vtilitate, quod solum ea usufructus commoditate potiturum est: & sic satisfit rationi contraria. Et ita docent Cynus auct. ingressi. numero 12. C. de sacros. Eccles. & ibi Bellapertic. col. 8. vers. sed pone in diffiliori. Bart. in 2. lectura. numero 42. Bald. numero 31. Salyceus numero penult. quae 7. Signorolus numero 28. Anton. c. in presentia. numero 23. de probat. Couar. Anton. Gomez, Tapia numero 4. Molina, Sayro, Lælius Zecchius, Grassi, Rebell. vbj allegati sunt numero praecedenti.

Posterior modus, qui mihi placet, ait, ius usufructus, atque eius commoditatem transire in monasterium, ac nihil apud monachum remanere. Ducor, quia nequit dici ius aliquid in monacho remanere etiam ad monasterij vtilitatem; quippe professione redditur cuiuslibet dominij acquirendi, aut retinendi sine in suam, siue in monasterij vtilitatem incapax, alijs possit dici eum manere dominium totius patrimonij in seculo possessi, non in suam, sed in monasterij vtilitatem: quod nemo sane mentis dicit, sed monastica professor id dominium aduerterat. Nec obstat ratio contraria, quod quamuis ex usufructuarij voluntate nequeat ius usufructus in alium transferri, potest tamen ius proprietatis consensu, vt diximus numero 5. & a fortiori id poterit ex iuris auctoritate, quia in hoc euentu omnia monachi iura transferuntur in monasterium, auct. ingressi. C. de sacros. Eccles. & consequenter etiam ius usufructus. Nec hoc est nouum in iure, sed idem olim erat in filiosfamilias aedeunte hereditate. Ius enim hereditarium, quod mere personale est, cum iuribus directis acquirebatur patri, & apud Iulianum

remanebat solum nudum facti nomen, iuxta plene notata l. cum filio. ff. de legat. 1. Quod si replices, inde sequi fore, vt illud usufructus ius non pendeat à monachi vita, sed duret centum annis, quod aduerteratur dictis numero 48. quia (vt numero 19. probauimus) usufructus de consensu domini in alium transfertur non pendet à vita transferentis, sed censetur nouus constitutus in eo, in quem transfertur, ab cuiusque vita pendens; facile responderet, id fallere in hoc euentu, quod iura non transfulerint hoc usufructus ius directè in monasterium, atque eius contemplatione, sed in consequentiam, translatione personae monachi, ac eius contemplatione, ac subinde ab eius vita pendet. Et ideo hanc sententiam sustinent Bart. ea auct. ingressi. in 2. lectura. numero penult. & vlt. Paulus ibi. num. 26. Rosella num. 18. Gomez Arias l. 46. Tauri. paulo post principium.

Atque idem profus dicendum est de usufructu, qui ad certum tempus erat relictus in seculo illi monacho, quantum enim temporalis sit, perit morte monachi decedentis ante id tempus finitum, iuxta ea, quae diximus numero 10.

Hinc deducitur, usufructu census perpetui in aliqua re constituti, translato in monasterium, si res illa postea vendatur, laudemium, id est, decimam pretij partem debitam ratione census perpetui, non spectare ad dominum proprietatis illius census, sed ad monasterium usufructuarium: at rem illam cadentem in commissum pertinere ad dominum proprietatis census, manente integro, & illo solum ius usufructus, qui ad monasterium pertinebat. Et similiter dicendum est, si ille census esset redditus alicuius capellaniae in ea re instituta: laudemium enim ex rei illius venditione debitum pertinet ad capellanum, vt pote qui usufructu illius census potitur; at ea res cadens in commissum pertineret ad proprietatem dominum. Ratio differentiae est, quod laudemium sit fructus illius census: omne enim emolumentum proueniens ex re usufructuaria, dicitur fructus illius, & pertinet ad usufructuarium. l. item si fundi. ff. de usufructu. res autem cadens in commissum sit proprietatis; & ideo illud ad usufructuarium, hoc autem ad proprietarium pertinet. Atque ita laudemium illud pertinere ad usufructuarium, & non ad proprietarium, tradunt Alberic. rubr. C. de usufructu. numero vnic. quae 2. Ioan. Andr. Addition. ad Speculat. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. quae 93. sine. numero 116. verb. qui tabernas. Oldrad. toto cons. 2. Iason l. fin. num. 45. quae 5. C. de iure emphyt. Guid. Pap. quae 477. num. 2. & alios allegans Tiraquel. de reuacua lignagor. §. fin. numero 106. Guillelmus Benedict. c. Raynuius. verb. caetera bona. numero 33. de testam. Socin. in iunior cons. 70. numero 31. lib. 3. Bellon. cons. 6. num. 16. Syluest. verb. emphyteosis. quae 22. numero 30. Iulius Clar. lib. 4. receptor. §. emphyteosis. quae 23. sine. Amod. de Aponte in quae. laudemialibus. quae 20. Molina como 2. de iust. disput. 459. col. antepenult. At rem cadentem in commissum pertinere ad proprietarium tradunt Oldrad. cons. 40. Ioan. Andr. Alberic. quae 2. Iason, Guido Pap. num. 3. Guillelmus Benedict. Syluest. Amod. de Aponte ibidem. Quare minus bene Tabiena in summa. verb. emphyteosis. quae 30. numero 31. fin. & alij, quos referit Guid. Pap. ea quae 477. numero 11. dicunt id laudemium pertinere ad dominum.

Sententia autem haec, vt usufructus, quem monachus in seculo habebat, non expiret professione monachi, limitanda est quando religio est succedendi incapax. Nam professione emissia in religione succedendi incapax, statim extinguitur usufructus, & consolidatur cum proprietate. Hanc limitationem negat Specul. got. tit. de statu monach. §. vnic. numero 7. quae 110. n. 3. & generaliter de quibuscumque professi in ordine Minorum, docet pertinere ea ad laudemium extan

tium. Et in specie de usufructu tenet Guid. Pap. de
 cis. 99. numero vnus. quia id censetur potius legatum
 alimentorum, cuius est capax frater Minor. Sed alij,
 vt Cavallos in suis quest. communibus. quest. 64. fit. Ma-
 nuel quest. regular. tom. 3. quest. 16. artic. 5. paulo post
 princ. dicunt tunc non extingui, nec pertinere ad mo-
 nasterium, sed transire ad heredes ab intestato il-
 lius monachi, dum ipse naturaliter viuit, sicut & reli-
 qua illius bona ad ipsos transeunt, Neuter tamen id
 probat, sed Cavallos alios auctores falsò allegat. At
 id probari potest ex sententia illorum, quos retulimus
 hoc libro suprà, qui asserunt huiusmodi professionem
 non æquiparari morti naturali, atque ideo testamen-
 tum ante hanc professionem factum, non exequen-
 dum, donec mors naturalis profecti sequatur, & inter-
 dum heredes ab intestato potiores illis bonis. Sed præ-
 dicta limitatio est amplectenda, quia ea professio com-
 paratur morti naturali quoad omne succedendi ius,
 vt probauimus cum multo receptori sententia suprà.
 Præterea, quia ea est usufructus natura, vt eius ius
 transire in alium nequeat, nisi ex consensu proprie-
 tarii, aut legis dispositione, vt diximus num. 50. At
 hic non adit consensus domini proprietatis, vt con-
 stat: nec legis dispositio, cum nulla allegetur dispo-
 nitio ius hoc transire ad heredes, quinimò ea est us-
 fructus natura, vt ad heredes non transeat. Nec dicen-
 dum est, id ius perleuerare in monacho, & commodita-
 tem transire in heredes: quia num. 50. id in alijs quo-
 que religionibus reprobauius, nedum in hac, vbi
 multo strictior est paupertas. Tandem, quia insit. de
 usufruct. §. final. decernitur usufructum extingui capi-
 tis diminutione, eo quod ex tunc usufructuarius sit
 incapax; nec debet transire ad fiscum, qui eius est hæ-
 res. Ergo similiter extinguetur hac professione, qua
 monachus redditur omnino incapax habendi proprii
 in communi, & in particulari, nec ad heredes transi-
 bit. Et ideo hoc sustinent Angel. verb. religiosus. numero
 52. Syluester verb. religio. 6. quest. 1. dicto 2. Tabiena
 verb. religio. quest. 34. num. 35. Sayro in clauis regia. lib. 9.
 c. 7. numero 8. dub. 6. Azor tom. 2. insit. moral. lib. 2. cap. 22.
 q. 4. Molina tom. 1. de iust. disput. 9. col. antepenult. ver-
 b. vltimus dubium est, qui bene addit, in Societate quo-
 que Iesu eum usufructum durare in religioso vique
 ad solennem professionem, aut simplicia coadiutorum
 vota, per quæ huiusmodi religiosi plene incorporan-
 tur Societati, redditi cuiuscumque proprii in particu-
 lari, & in communi incapaces: atque his emissis extin-
 git, & consolidari cum proprietate. Quatenus autem
 ait durare in his religiosi vique ad huiusmodi vota
 eum usufructum, est intelligendum, nisi bonis antea
 renunciauerint: tunc enim iure permanente in his re-
 ligiosis, transibit commoditas ad eum, in cuius fau-
 orem renunciarunt. An autem idem dicendum sit quan-
 do religio est incapax succedendi ex consuetudine,
 aut statuto, dicemus inferius.

Atque idem dicendum est de legato annuo relicto
 seculari: eo enim transiente ad monasterium capax
 succedit monasterium post professionem in illud, si
 illud legatum annuum sit vnum, vt quando id lega-
 tum fit in plures pensiones, exonerandi heredis gra-
 tià, ne cogatur totam summam simul soluere: siue sin-
 gulari, & quolibet anno vnum diuersum ab alio
 numero annorum legato, vt quando relinquunt pro ali-
 mentis, iuxta distinctionem textus l. si in singulis. 4. l. in
 singulis. 8. ff. de annu. legat. & l. si eum presuntione.
 quando dies legat. ced. quia id legatum sola legatari
 or- te finitur, aut transacto tempore definito in leg-
 atari in usufructu temporali, aut perpetuo co-
 agit, vt bene docet Manuel quest. regular. tom. 3. quest.
 5. artic. 5. Ergo transibit in monasterium succeden-
 tem toto tempore, quo ad monachum p-
 tasterium sit succedendi incapax, u
 distia-

guendum est: si enim censetur multiplex legatum
 iuxta distinctionem traditam, tunc professione ex-
 tinguitur omnino legatum, quia quolibet anno est
 diuersum legatum, & initio cuiuslibet anni cedit dies
 legati, vt habetur l. si in singulos, & ideo exigitur in
 legatario quolibet anno capacitas succedendi siue in
 communi, siue in particulari. At à professionis tem-
 pore iam illi religiosus est omnino incapax vtroque
 modo succedendi: atque ita bene etiam docet Manuel
 ibidem. Si verò sit vnum legatum sic factum exone-
 randi heredis gratià, si dicamus usufructum non
 perire hac professione, facile est defendere, nec huius-
 modi legatari. Et ita docet Manuel de vtroque. Cæterum
 cum numero præcedenti dixerimus usufructum tunc
 extingui, videtur idem dicendum de hoc legato. Sed
 credo hoc legatum non extingui, sed transire sequen-
 tia hac professione ad heredes succedentes in alia huius
 profecti bona. Quia censetur hoc legatum instar cen-
 sus, quem monachus ille habet ad vitam, vel ad cer-
 tum tempus, quem hac professione non extingui di-
 ximus hoc lib. suprà. Nec est instar usufructus, quip-
 pe id nequit transferri, nisi quoad commoditatem, man-
 nente iure in monacho, aut monasterio. In et neutro
 potest manere.

Sed iure optimo dubitari potest, an si religiosus il-
 le ante professionem in religione incapax alienarat
 eam usufructus commoditatem, aut id ius annui leg-
 atari, quod plura reputatur, extinguitur id ius profes-
 sione hac? Et ratio dubitandi est, quia vtique sunt
 pro toto, seu limitatio vite tempore, & vt infra dice-
 mus, non censetur profectio mors naturalis, quan-
 do est in tertij præiudicium. Sed existimo finiri adhuc.
 Ratio est, quia commoditas usufructus, qua sola aliene-
 ri potest, nequit remanere extincto iure proprietarij,
 vt diximus suprà. At huius professione non est, in
 quo id ius manere possit, vt diximus numero 53. Simi-
 liter id legatum annuum, quod multiplex est, non
 potest acquiri, nisi quolibet anno cedat proprietario,
 quia initio cuiuslibet anni illi debetur; at cum sit om-
 nino incapax, non debetur. Et ideo dicendum est,
 per accidens fictionem in hoc casu operari in præ-
 iudicium tertij: item, quia usufructus eius est natu-
 ræ, vt quotidie acquiratur, & sequatur omnino per-
 sonam, in qua constitutus est; & ideo numero 62. &
 63. dicemus, illa transiente ad aliud monasterium,
 transire cum illa. Ergo perit quando persona, in qua
 est, redditur omnino successione incapax, & acqui-
 rendi.

Hinc deducitur, ante professionem in religione ca-
 paci succedendi, integrum esse huic testari de usufructu
 sibi competenti, & de annuo legato, siue id vnum,
 siue plura censentur, quia cum hac sola eius morte
 naturali, aut lapsu temporis prætuiti finiantur, po-
 test ius illud sibi competens eo tempore, in alium trans-
 ferre legando, aut instituendo aliquem heredem, sicut
 possit transferre donando, aut vendendo. Si verò mona-
 sterium sit incapax, non poterit testari de legato illo an-
 nuo, quando plura censentur, sed de solo legato, quod
 sibi iam cesserat ante professionem: quia cætera legata
 professione extinguntur. At poterit testari, quan-
 do censetur vnum legatum, vt pote quod non tin-
 guitur eius professione, sed transiitum erat a
 hæres ab intestato, si ipse non testaretur. Sicut e-
 ri de censu annuo sibi debito. Atque hæc
 omnia bene docet Manuel numero præcedenti alle-
 gans, qui subdit, etiam huic posse testari de usufructu.
 Sed loquitur consequenter ad suam sententiam,
 existimans eum non extingui hac professione. At cum
 dixerimus numero 53. hunc usufructum extingui
 ea professione, est consequenter dicendum, non esse
 huic integrum de illo testari, nisi de ea parte sibi ante
 professionem debita, sicut de annuo legato, quando
 multa

multa reputantur, diximus. Sed si querat, quando hic,
 qui profectur in religione capaci, testatus fuit de us-
 fructu, cum solam commoditatem potuerit transferre,
 apud quem maneat illud ius. Dicam id transferri in
 monasterium, ac sic commoditatem vendidisset: quippe
 omnia monachi iura in monasterium transeunt, quam-
 uis id ius sit inutile monasterio absque fructuum
 commoditate, sicut ipsi quoque monacho inutile
 erat.

Et similiter de fructibus maioratus potest succe-
 sor ante professionem in monasterio capaci testari,
 sicut possit illud ius vendere pro toto vite sue tem-
 pore, quando maioratus talis est, vt possit in illum
 succedere monasterium nomine monachi; secus au-
 tem quando est talis, vt nequeat, sed professione tran-
 sit ad sequentem vocatum. Quando autem profes-
 sio fit in religione incapaci succedendi, videtur non
 posse, quia statim ius illud cessat, & transferretur ad
 sequentem vocatum, quia eadem est ratio, ac de us-
 fructu. At existimo posse testari, sicut & potest aliene-
 rare vendendo id ius, quod pro tempore vite sue
 habet, quia est verus dominus pro tempore vite sue
 honorum maioratus, & non est ac usufructuarius, vt
 dicemus cap. sequenti. Nec est verum, maioratum
 transire statim sequuta hac professione ad sequen-
 tem vocatum, nisi quando ille ante professionem non
 alienarat: quia quando alienarat, non censetur hæc
 profectio mors in præiudicium tertij, vt diximus su-
 præ.

Nec vt hæres exclusio monasterio succedat in us-
 fructum, aut legatum annuum, aut maioratum illum,
 videtur necessarium, speciale illorum mentionem
 fieri, sed satis esse institui quempiam heredem, vt in
 hæc omnia exclusio monasterio succedat. Quia, cum
 hæreditas nil aliud sit, quam successio in vniuersum
 ius, quod defunctus habuit. l. nisi est aliud. 24. ff. de verb.
 signif. eo ipso quod aliquis instituitur hæres, succedit
 in omnia hæc iura, in quæ nullo instituto herede mo-
 nasterium succedere debet. Quamuis regulare sit,
 vt testamentum in religione capaci non loqui debeat
 effectum à die professionis, sed post mortem natu-
 ralem, & integrum monasterium exclusio herede, & leg-
 atariis sit positum illis bonis, vt diximus suprà: vi-
 detur hoc fallere in usufructu, ac maioratus bonis;
 fruetur enim hæres, aut legatarius à die professionis,
 quia id fallit vbi est coniectura contrarie volunta-
 tis testatoris, vt ibi diximus, que in hoc casu satis
 vrgens est. Quia omnis dispositio interpretanda ve-
 nit, ita vt aliquid operetur, vt suprà probaui. Et dis-
 positio generalis, que in vno solo casu verificari
 potest, habetur pro speciali, & indiuidua. l. 1. & ibi
 Doctores. ff. de liber. & posthum. quod multis alijs al-
 legatis exornat Surdus cons. 212. numero 12. & cons. 299.
 numero 12. tom. 2. At cum usufructus, & perceptio
 reddituum illius maioratus finiantur morte mona-
 chi, si ea expectanda esset, vt hæres, aut legatari-
 us hac haberet, frustratas essent hereditas, & leg-
 atum quoad hæc. Sed credo sic distinguendum; si
 hic specificè disponat de commoditate illius usufructus,
 aut de bonis illius maioratus, succedat institu-
 tus à die professionis, ob rationem hic traditam, ne
 frustretur institutio, cum possit in alijs bonis, ac iu-
 ribus profecti verificari, nec reddatur in-
 succedente instituto in hoc, non succedat institutus,
 sed retinebit monasterium, dum vixerit: & eo mortuo
 extinguetur usufructus maioratus, qui transibit
 ad sequentem successorem. Nec obstat hæreditatem
 esse ius succedendi in omnia testatoris bona. Quia in-
 telligitur de bonis relictis tempore mortis testatoris:
 hæc autem extinguntur morte.

Summa Th. Sanchez pars III.

Sed quid dicendum, si hic vendidisset commodi-
 tatem illius usufructus, & postea ingrederetur mo-
 nasterium successione incapax, ac proinde extingue-
 retur commoditas illa, sicut extinguitur usufructus,
 an teneantur heredes monachi huius ad restituendum
 pretium emptori? Et videtur teneri, eo quod em-
 ptor deceptus sit, vt pote qui existimabat se emere
 commoditatem toto vite illius tempore duraturam.
 Sed sic puto distinguendum: si venditor habebat tunc
 animum ingrediendi prædictum monasterium, tene-
 buntur heredes restituere pretium pro rata: secus au-
 tem, si tunc eum animum non habebat. Quia in prio-
 ri casu fuit dolus, secus in posteriori; debebat enim
 emptor cogitare eum usufructum posse & morte na-
 turali, & ea ciuili extingui: fuitque contractus fortu-
 næ vtrique periculo expositus.

Secundò limitanda est sententia principalis, vt du-
 ret usufructus in monasterio sola monachi vita, nisi
 usufructus relictus illi esset pro se, & suo herede:
 tunc enim eo postea proficiente in monasterio succe-
 dendu capaci, nec instituto alio herede, succedet
 monasterium, quod loco heredis habetur. cap. in
 presentia. de probat. Et cum in monasterio censetur
 nouus usufructus constitutus, sicut in illo herede
 est, vt habetur l. stipulatio ista. 38. §. sed si quis. ff. de
 verb. obligat. ibi; licet diuersi sint fructus. vbi Glossa verb.
 fructus, id est, usufructus; durabit centum annis post
 monachi vitam, sicut durat usufructus monasterio
 relictus: sicut etiam duraret, si prior ille usufructu-
 arius institueret ciuitatem, aut aliam communita-
 tem heredem. Secus autem esset, si usufructus
 esset concessus pro se, & suis filiis: non enim transi-
 ret ad monasterium post profecti mortem, tanquam
 ad filium; intelligitur enim de filiis veris, vt in em-
 phyteosi concessa pro se, & pro hereditibus dice-
 mus vtique. Quod si fecisset testamentum, succe-
 dedit eius hæres, & morte eius extingueretur, vt
 habetur l. antiquitas. 14. C. de usufructu. vbi dicitur,
 eum usufructum, ne vana sit proprietatis, ad so-
 lum primum heredem extendi, & eius morte fini-
 ti. Nec refert ad hoc siue dicat in singulari pro se,
 & pro suo herede, siue in plurali, pro se, & heredi-
 bus. Quippe vtroque casu ad primum solum hæ-
 redem extenditur, vt tradunt Mantica de consuetud.
 vltim. volum. lib. 8. tit. 14. numero 21. Simon de Proc. de
 interpretat. vltim. volum. lib. 3. solutione 5. numero 29. &
 alij, quos refert, & sequitur Castillo de usufructu. lib.
 1. cap. 61. numero 25. Quod si alium heredem, & il-
 lud monasterium institueret, succedat vtique hæres
 pro sua rata Quod si intestatus ingrederetur relictis
 ascendentibus, vel descendentibus, cum hi sint hæ-
 redes, & simul monasterium in sua legitima, aut heredi-
 ta. si qua mulier. in fine. C. de sacrosancti. Ecclesie. nempe, in ter-
 tia bonorum parte in hoc Castellæ regno, si solos
 ascendentes ille habeat; & in quinta, si solos descen-
 dentes, succedat monasterium pro rata cum illis.
 Quod si testamento ascendentes illos, vel descen-
 dentes institueret, & simul monasterium in ea par-
 te, in qua poterat, succedat quoque monasterium
 pro rata in eum usufructum tanquam coheredes in-
 stitutus. Secus, si titulo legari eam partem mona-
 sterio, aut cuius alij reliquisset: tunc enim non
 succedent, cum non heredes, sed legatarij sint.
 Similiter succedat monasterium pro rata, si ille in re-
 ligione illa iam profectus diuisionem bonorum fac-
 cia inter filios sibi petuissimam, quando prius non
 testatus fuerat. d. authent. si qua mulier. quia tunc quo-
 que monasterium est hæres sue legitime, vt ibi di-
 citur.

Te non limitatur, vt intelligatur de usufructu
 relicto: cui ante professionem. Nam si profectus
 at maneret
 extan

quatur, sic distinguendum est. Si relinquatur contemplatione monasterij, durabit centum annis, quasi monasterio relictus: si vero monachi contemplatione, durabit solo eius vite tempore. Sic tradunt Baldus l. que quid. num. 1. vers. sed nunquid. C. de bon. matern. Parisius cap. in presentia. numero 163. de probat. Tapia athenis. ingressi. verb. sua. cap. 17. in fin. Quod si dubium sit, cuius contemplatione relictus sit, existimo duraturum centum annis; tum quia, cum monachus nihil possit sibi acquirere, sed totum acquirit monasterio, presumitur in eo dubio relictus contemplatione monasterij: sicut usufructus relictus seruo, presumitur in dubio relictus contemplatione domini, cui omnia seruis acquirit, ut tradit Bartol. l. final. in fine. C. de usufruct. tum etiam, quia usufructus relictus filiofamilias, quando non constat cuius contemplatione relictus sit, presumitur in dubio relictus contemplatione superuentis; & ideo si pater superuiuat, presumetur eius contemplatione relictus, si pereat morte filij, & si filius superuiuat, presumetur eius contemplatione, ne extinguatur morte patris, ut constat ex l. final. C. de usufruct. & exponunt ibi Glossa verb. intactum. Bartol. ibi, ad fin. Salycetis numero 3. Baldus numero 5. Paulus numero 1. & 2. Angelus in summa. verb. usufructus. numero 2. & ibi Syluester questione 11. dict. 1. Armilla sine. Tabiena sine. Antonius Gomez l. 48. Tauri. numero 2. Ergo similiter in hoc dubio censetur relictus contemplatione monasterij, ne morte monachi pereat, sed duret centum annis. Quippe comparatur monasterium aut seruo, aut filio, prout ibi vtilius est, & diximus supra.

62 Tandem dubitari merito poterit, an usufructus ille acquisitus monasterio professione monachi, seu relictus monacho professio, transeat cum ipso legitime transeunte ad aliud monasterium. Et videtur non transire: quia hereditas iam adita a priori monasterio non transit ad id secundum, iuxta omnes, nec solum delata, iuxta veriorum sententiam, vt inferius dicemus: ergo cum usufructus ille sit plenè iam acquisitus priori monasterio professione illius monachi, non transibit ad posterius. Secundo, quia id efficit dispositio legis statuentis omnia religiosi tranfire ad religionem, quod efficeret dispositio ipsiusmet religiosi; sed si ille ante professionem transulisset commoditatem illius usufructus testamento, aut donatione, aut venditione, aut alio modo, absque dubio non transiret in posterius monasterium. Ergo idem dicendum est, stante iuris dispositione, vt per monachi professionem acquiritur monasterio usufructus.

63 Dico tamen primò, si is usufructus esset acquisitus monacho ante professionem, eum transire ad posterius monasterium a tempore, quo in posteriori proficere; quod si posterius esset successione incapax, perire a tempore illius professionis, & consolidari cum proprietate. Ducor, quia usufructus eius est natura, vt sequatur personam, in qua constitutus est, ab eaque pendat quoad esse, & conferari: quare usufructus non est instar aliorum monachi bonorum, sed dependet à monachi persona perseverante in eo monasterio, sicut ab eius vita. Insuper optime confert ad hoc probandum l. 5. final. ad fin. ff. de usufruct. acres. ibi: usufructus quoti die constituitur non ut proprietatis eo tempore, quo venditur. vbi Paulus numero 4. per illum textum ait, acquisitionem proprietatis habere causam instantaneam, usufructus autem successivam, quod illa statim perfectè acquiritur, hic autem non, sed successiue. Cum ergo censetur perfectè acquisitus priori monasterio, cessiue quoti die acquiritur ex monachi persona, bil ille quoties cessat ius ex monachi illius perlocendendi, eo quod iam professus sit in alio monasterio. Et hinc patet solutio ad priorem rationem con-

etiam nullus est momenti; quip-

cluditur: nam legatum conditionale pertinet ad monasterium, in quod transit monachus, & reperitur professus tempore impletæ conditionis, vt inferius dicemus; cum tamen si ius illud in alium transulisset ante ingressum sive donatione, sive testamento, sive venditione, ad illud, in quod transulatus est, pertineret. Quare dispositio legis statuentis bona ad monasterium transire, intelligitur iuxta ipsorum bonorum naturam.

Secundò dico, idem asserendum, si relictus sit usufructus ille pro se, & pro suo hærede: nam ratione personæ monachi pertinet ad monasterium prius, donec ille in posteriori proficere: hæres autem censetur id posterius monasterium, in quo tempore mortis ille reperitur. Quia tunc attenditur hereditas, & tunc debet succedere monasterium in nouum illum usufructum tanquam hæres.

Tertiò dico, si is usufructus relictus sit monacho post professionem contemplatione monasterij, eum permanurum in priori monasterio, quia censetur illi relictus: si vero relictus sit contemplatione monachi, censetur relictus monasterio dependente a persona illius monachi, & ideo transibit cum illo ad posterius monasterium; sicut diximus num. 63. de usufructu relicto ante ingressum. Si autem dubium sit, cuius contemplatione, presumetur (vt diximus numero 61.) relictus contemplatione monasterij, & ideo idipsum prius remanebit. Et ideo non approbo quod inducitur dicit Fulgosius l. si seruo. fin. ff. quibus mod. usufructus amittit. vbi dicit, usufructum relictum monacho, qui postea ad aliud monasterium transire, remanere apud prius, aut interire mutatione personæ.

Ultimò dico, si is usufructus relictus sit tempore nouitatus, vtendum esse eadem distinctione numeri precedentis. Præterquam quod in dubio, cum enim nouitatus possit sibi acquirere, ac religionem deserere, crederem in dubio præsumi relictum contemplatione ipsius, ac subinde ipsius personam sequiturum.

S V M M A R I V M.

An usufructus paternus in aduentitia filij bona extinguatur proficiente patre in religione incapax succedendi? numero 67.

Quid si est religio capax: referitur triplex sententia. num. 68. & 69.

Explicatur sententia auctoris, & solvuntur contraria. num. 70.

An id sit verum in bonis maioratus, in quem successit filius, & monasterium in quo professus est pater, retineat illum usufructum? num. 71.

An si maioratus sit talis, in quem non potest succedere monasterium per patris illum obinentis professionem, extinguatur usufructus? Et quid si ille maioratus esset filij, & pater, aut filius proficere? num. 72.

An si pater in seculo filium emancipat, dimidia pars usufructus, quam in premium emancipationis retinet, ad extinguatur per patris professionem? num. 73.

An usufructus legitime filij transeat quoque in monasterium per patris professionem? num. 74.

An extinguatur usufructus patris professi filio desente uxore? num. 75.

An pertineat ad monasterium usufructus aduentitiorum, que pater post professionem acquisiuit? num. 76.

An si monasterium ea bona filij non administraret, teneatur solvere administrationis pretium? num. 77.

Quid de usufructu, quem habes parens, transtiens ad secundas nuptias, in bonis, quorum perdis proprietatem, & ea pertinent ad filios, an amittatur is usufructus patre, aut filio proficere?

proficiente sine in religione capax, sine incapax succedendi & quid si hic prius patre obeat? num. 78.

67 QVÆSTIO vltima. An usufructus paternus in aduentitia filij bona, expierit ipsius patris professione, & pertineat ad filium; an potius transeat ad monasterium toto tempore vite paternæ, sicut alij usufructus transeunt? Et quidem quando religio est succedendi incapax, expirabit ea professione, & in posterum pertinebit ad filium, sicut de alijs usufructibus diximus numero 53. Et quod ibi diximus de votis in Societate IESV emissis, est quoque in hoc casu dicendum, quia eadem est ratio.

68 Quando autem religio est succedendi capax, est triplex sententia. Prima sustinet eum usufructum extingui professione patris, & ex tunc pertinere ad filium. Ducitur, quod id discriminis sit inter usufructum paternum, & alios, quia hi acquiruntur ex hominis dispositione usufructuario ad nullum ministerium astricto, sed dumtaxat, vt fruatur prudenter, quod melius præstabitur in religione, quàm extra: ille autem comparatur ex legis dispositione ratione patriæ potestatis, cum onere administrandi peculiarium filiorum. l. cum oportet. C. de bon. que liber. Ergo cessantibus patri potestate, & facultate administrandi bona, vt paternæ professione reuera cessant, extinguatur ille usufructus. Nec obstat posse ea bona per religionis ministros administrari. Quia ius soli patri hæc administrationem, & ratione illius usufructum concessit, fidens magis paternam, quàm alienam administrationem, vt optime tradit Tiraquellus l. si unquam. in præfat. numero 19. C. de reuocand. donat. Secundo, quia iuxta veriorum sententiam, quam hoc libro supra amplexi sumus, est statim ad pater proficere tradenda legitima filio: at ea esset filio inutilis, si usufructus apud monasterium remaneret. Et ideo hæc sententiam sustinet Martin. Syllan. Doctor antiquus, quem referunt, ac sequuntur Cynus athenis. idem est, in princip. questione 2. C. de bon. que liber. & ibi Albericus numero vnde. Salycetis numero 1. idem Salycetis athenis. si quæ mulier. numero 2. questione 3. C. de sacrosanct. Eccles. & athenis. ingressi. numero penult. questione 7. C. eodem tit. vbi Iason numero 48. Hippolyt. singular. 668. numero 3. Bernardus Diaz regul. 794. numero vnde. dicens enim usufructum acquiri monasterio, subdit limitandum, vt limitat Iason proxime allegatus, qui limitat præterquam in usufructu paterno. Additionator ad Decium. cap. in presentia. in noua editione. numero 256. verb. extinguatur. de probat. Boërius decis. 198. sine. Rosella in summa. verb. donatio. 1. numero 44. Couar. cap. 2. numero 9. de testamento. Gregorius Lopez, licet aliquantulum dubius, l. 5. verb. el. usufructo. tit. 17. parte 4. Riminaldus l. 5. numero 128. in fine. per quas personas nobis acquiri. Morquechus de iustione bonor. lib. 4. cap. 4. numero 32. Fachineus in condroner. iuris. libro 6. cap. 12. vers. ego puto. Meres de maiorat. in 1. editione. 2. parte. questione 3. numero 14. Mendez l. cum oportet. 2. parte. numero 131. C. de bon. que liber. Caull. in suis questionibus. communibus. questione 64. numero 4. Castillo de usufructu. libro 1. cap. 64. numero 8. vsque ad finem. Benedictus Egidius l. 1. parte 4. §. 2. numero 11. vsque ad 19. C. de sacrosanct. Eccles.

69 Secunda sententia sustinet, dimidiam eius usufructus paterni partem pertinere ad monasterium, reliquam autem dimidiam ad filium. Ducitur, quod parte emancipante filium ita diuidatur usufructus. l. cum oportet. 6. §. fin. autem. C. de bon. que liber. At pater proficiens in religione, factus suo emancipat filium, cum per eius professionem liberetur à patri potestate; ergo solam dimidiam usufructus partem, que

ad patrem emancipantem pertinere debebat, retinebit monasterium. Hanc sustinet Bartolus athenis. idem est, in princip. numero 2. C. de bon. que liber. & ibi Angelus numero 1. Abbas cap. in presentia. numero 17. de probationib. & ibi Barbat. numero 121. Mantra ibi. numero 69. Angelus in summa. verb. religiosus. numero 50. Syluester verb. religio. 6. questione 1. dicto 1. Armilla verb. religio. numero 20. & ibi Tabiena questione 35. numero 34. Gomez Artas l. 46. Tauri. paulo post principium. Riminaldus sibi contrarius §. hoc quoque et nobis. num. 19. in fin. per quas personas nobis acquiri. Laclius Zecchius de Republica ecclesiastic. tit. de regularib. cap. 3. numero 14. multip. 3.

Tertia sententia (cui tanquam probabiliori accedo, quamuis vtraque præcedens satis probabilis sit) ait usufructum nequaquam extingui, nec diminui, sed totum pertinere ad monasterium toto patris vite tempore. Ducitur, quod nulla sit commoda differentia ratio inter usufructum paternum, & alios. Si ergo alij usufructus transeunt ad monasterium, transibit similiter paternus. Nec obstant rationes contrariæ. Nam ad priorem adductam num. 68. responderetur, non eam administrationem esse solam huiusmodi concessionis usufructus rationem, sed fatorem quoque paternum; & ideo cessante administratione, non cessat usufructus: ut eo vel maxime, quod per ministros monasterij id administrandi munus obire poterit, nec est necessarium, vt æque bene, ac per patrem obiretur: sicut pater in perpetuum amientiam incidens minimè usufructu priuatur, quamuis administrandi bona incapax sit. Posteriori rationi satisficere numero 74. Nec obstat etiam ratio adducta num. præcedenti, quod ea dimidia huius usufructus pars concedatur patri in præmium beneficij ab ipso per emancipationem in filium collati. At in hoc euentu pater nullum filio beneficium contulit. Nam principalis ius intentionis, que in vnoquoque actu spectanda est, non fuit filij emancipatio, sed professio: ex qua professione ius patriæ potestatis non factò beneficio, sed legis dispositione soluitur. Et ideo hæc sententiam sustinet Glossa athenis. idem est in princip. verb. lege. C. de bonis, que liber. & ibi Fulgosius num. 3. Bartol. sibi contrarius athenis. ingressi. in l. ecclesia. num. 49. C. de sacrosanct. Eccles. Paulus athenis. excipitur. in princip. num. 7. C. de bon. que liber. & ibi Baldus num. 3. fin. Iacob. Butrigat. sine. Decius cap. in presentia, in noua edit. num. 256. & 257. de probat. & ibi Parlius numero 163. & 164. Berouius a num. 53. vsque ad num. 532. Bartholomeus Socinus conf. 10. num. 2. o. lib. 1. Alexander conf. 159. num. 5. lib. 2. Crotus l. galli. §. quid si tantum num. 30. ff. de liber. & posthum. Cepol. com. 22. num. 4. in ciuilibus. Nauarrus comment. 2. num. 38. de regularibus. Antonius Gomez l. 48. Tauri. num. 8. ad fin. & ibi Cornejo in additione. Menchaca de success. progress. lib. 1. §. 1. num. 46. Caualecan. de usufruct. mulier. relicto. num. 241. Pinell. l. 1. parte 1. a numero 49. C. de bonis materni. Salzedo addit. ad reg. 794. Bernard. Diaz. num. unico. Perez l. 1. tit. 1. pag. 103. lib. 5. ordinamenti. Caldas l. si curatorem. verb. lajis. a num. 140. C. de in integr. restit. Tapia a. athenis. ingressi. verb. sua. cap. 17. num. 7. Martienzo lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 9. gloss. 2. num. 2. Princip. specul. testament. gloss. 4. rubrica. num. 16. & gloss. 12. principali. numero 22. Gutierrez quest. canonice. lib. 1. cap. 1. numero 100. Molina tomo 1. de iustitia. disputat. 9. ad fin. & disputatio. ne 140. columna 4. vers. an vero usufructus. Leonardus lib. 2. de iustitia. cap. 41. dub. 10. num. 83. Azor tomo 1. institua. moralium. lib. 12. cap. 8. questione 2. & tomo 2. lib. 2. cap. 22. questione 4. Sayro in clausi regia. lib. 9. c. 7. num. 9. Rebelle tract. de iust. p. 2. lib. 1. quest. 8. §. 6. num. 64. & p. 1. lib. 1. quest. 7. §. 1. num. 21.

Quidam sententia extendenda est, vt etiam habeat locum in bonis maioratus, in quem successit filius filias, quorum fatentur omnes patrem ad maneres extan

vsum fructum, quem quidem semel iam acquisitum pater non amittet per professionem, sed ille pertinebit ad monasterium quandiu pater vixerit; & ita tenet Targia eodem cap. 17. numero 8. & debent sustinere omnes Doctores allegati numero precedenti, cum indistincte de usufructu loquantur, nec sit specialis ratio de hoc.

72 Hinc deducitur primò, patre obtinente maioratum, in quem non potest succedere monasterium (qualis est, qui iurisdictionem annexam habet, vt Comitatus, Marchionatus, Ducatus; vel à quo ab institutore excluditur monachus, vt inferius dicemus) vbi primùm pater professus fuerit in religione, non posse monasterium potiri fructibus illius maioratus, sed omnes illos vnà cum maioratu pertinere statim ad sequentem vocatum, quia in patre nullus erat usufructus formalis, sed solus casualis concomitans proprietatem; id est, nullus erat productus usufructus separatus à dominio proprietatis, qui dicitur formalis, sed erat solus usufructus productus à dominio proprietatis, existens in ipso patre proprietatis domino, qui est indiuiduus proprietatis comes, & dicitur casualis. Cum ergo per professionem cesset proprietatis maioratus, cessabit quoque usufructus ille casualis ipsam concomitans. E contra autem si filius in illum maioratum successerat, & consequenter pater illum usufructum comparat, non amittetur per subsequendam patris professionem, sed retinebit illum usufructum monasterium quandiu pater vixerit, quia usufructus ille formalis semel productus in patre à proprietate maioratus perseverante in filio, non perditur patris professione, sed transit ad monasterium, iuxta dicta numero precedenti, quamuis iurisdictionis administratio transfere nequeat, sed maneat in filio. Si tamen filius ille proficeretur in religione, ac subinde maioratus ille transfret ad sequentem vocatum, perinde ac morte ipsius transfret, constat usufructum paternum extinguui, sicut maioratus filij extinguitur, quia in eo euentu vocatus est ab institutore sequens successor, vt plenè quoad omnia in maioratum succedat. At si maioratus talis esset, qui professione religionis non amitteretur, sed maneret apud monasterium, retineret adhuc pater usufructum, dum superstes fuerit, sicut retinet in cetera filiofamilias professi aduenticia, & mortuo patre pertinebit ille usufructus ad monasterium, dum vixerit monachus.

73 Secundò deducitur, dimidiam usufructus partem, quam pater secularis emancipans filium comparat in emancipationis præmium, iuxta l. cum oportet. §. penultimo. C. de bon. que liber. non amitti per professionem patris postea subsequendam, sed pertinere ad monasterium, quia eadem est ratio de hac usufructus parte, ac de toto usufructu. Et ita docet Iason audentie, ingressi. numero 48. C. de sacrosanctis Ecclesiis, & idem docere debent omnes Doctores allegati numero 70. Nec quos Iason in contrarium allegat, dicunt contrarium, sed solum tractant de veritate secundæ sententiæ allegatæ numero 69. nempe, an pater proficiens amittat dimidiam usufructus partem, sicut amitteret per emancipationem, an potius totum usufructum retineat.

74 Hæc tamen sententia principalis tradita numero 70 vt usufructus paternus in aduenticijs filij transeat ad monasterium, limitanda est primò, vt retentâ ratione dicente, legitimam statim, ac pater proficiens, tradendam filio, quam amplexi sumus supra, & eligatur de alijs bonis præter filij legitimam: nam iuxta Doctores id dicentes, dicendum est necessè, eam cum usufructu illi tradendam; alijs illi esse utilis, si legitime possit deseruire, qui finis eius est. Sed secus est dicendum, iu-

tiã dicentem nec legitimam tunc tradendam. Atque ita docet Menchaca de success. progress. libro 1. §. 1. numero 48.

Secundò temperatur, vt is usufructus in aduenticijs filij, & maioratu duret quandiu pater vixerit, nisi in hoc Castellæ regno interim filiofamilias ad matrimonium transeat, & recipiat Ecclesiæ benedictiones. Nam sicut in hoc regno pater existens in seculo, statim amitteret totum usufructum, & ad filium pertineret, iuxta legem regiam Tauri 48. quæ hodie est lex 9. tit. 1. lib. 5. recopilationis, ita eo professo monasterium illum amittet, vt porro quod non maius ius, quàm pater comparat. Et ita docet Molina romo 1. de iustitia. disputatione 9. ad finem, & disputatione 140. columna 4. vers. an verò usufructus. Et hoc est certum.

Tertiò temperatur, vt procedat in bonis aduenticijs à filiofamilias acquisitis ante professionem paternam; quia cum à professionis paternæ tempore filius non sit sub patris potestate, non acquirit pater usufructum in bona post illam à filio acquisita, & consequenter nec monasterium. Sic Molina ea disputatione 9. ad fin. & ea disputatione 140. columna 5. vers. hoc tamen fundamentum.

Vltimò intellige, dummodo, si monasterium, aut 77 pater ex bona filij non administrat, perfoluat pretium administrationi necessarium: quippe cum hoc onere is usufructus ad patrem pertinebat.

Tandem dabitur de lucro delato filijs prioris matrimonij ob transitum paternis ad secundas nuptias, qui quidem acquiritur proprietatem bonorum, quæ patris ille habuit ex bonis coniugis defuncti, & totus usufructus referatur parenti illi dum viuuit, vt latè explicui libro 7. de matrimonio. tota disputatione 89. Dum ergo est, an patre, aut filio transuentibus ad religionem, amittatur hic usufructus, aut hæc proprietates. Et quidem dicendum est, filio transeunte ad religionem, monasterium succedendi capax solam proprietatem illius lucræ acquirere, qualem filius ille habebat, usufructu manente apud patrem dum viuuit: sicut idem contingeret filio manente in seculo. Sic allegatis Ruino, Boerio, & Bellon. tradit Caualecanus decisione 1. numero 53. parte 3. Quod si filius ille prius obeat, quàm patris ille, qui ad secundas nuptias transit, proprietates illa consolidatur cum usufructu illo parentis, illaque priuabitur monasterium. Quia quamuis esset illi acquisita, id non erat omnino perfectè, sed reuocabiliter, si filius ille ante parentem decederet; & eo sic decedente proprietates illa non pertinet ad alios fratres, nec ad filij illius hæredes, & consequenter nec ad monasterium, sed ad patrem, qui usufructum habebat, vt probaui libro 7. de matrimonio. disputatione 89. numero 21. & tenet in proprijs terminis Caualecan. alios referens eadem decis. 1. à numero 57. vsque ad 62. refertque sic lite mota fuisse quinque indicatum contra monasterium. Similiter è contra parente proficiente in monasterio capaci, relinquitur monasterium eum usufructum dum patris ille viuuit: quod si filius præmoriatur, pertinebit quoque proprietates ad monasterium; sicut pertineret ad patrem inuentem in seculo: quia huiusmodi monasterium succedendi in omnia iura professi. Quod si monasterium sit in succedendi, si filius sit is professus, consolidabitur usufructu paterno à die professionis: & pater, qui profuerit, usufructus pertinebit à tempore professionis ad filium proprietarium, quia hæc contingenter morte naturali parentis, & filij. At illa professio reputatur ac mors naturalis.

Qualiter transeat ad monasterium ius patronatus, ius nominandi ad emphyteosim, petendæ renouationis eiusdem, ius retractus ratione sanguinis competentia in seculo religioso.

SVMMARIVM.

Ius presentandi, aut eligendi competens monacho, vt parti alicuius collegij, an transeat ipso professo ad monasterium? num. 1.

Quid si pertineret iure singulari? n. 2. An primogenio patrono proficiente transeat ius patronatus ad secundogenitum, & quid quando erat personale? numero 3.

An monacho construento, aut dotante Ecclesiam, ius patronatus transeat ad monasterium? n. 4.

Quid si religio sit succedendi incapax, aut sit Societas IESV? num. 5.

An id ius patronatus extinguatur persona monachi, & eo translato ad aliud monasterium, transeat cum illo? numero 6.

An sit solus Abbas absque consensu conventus presentari? num. 7.

An sit valida presentatio facta à solo Prelato? n. 8.

An ius instituendi competens Episcopo, aut alij Prelato, transeat in monasterium cum illo iure patronatus? n. 9.

An si monachus cuius erat ius patronatus presentaret virtute illius, valeat presentatio? n. 10.

Quid si presentaret, aut eligeret absque superioris licentia, ex potestate sibi à patrono, aut electoribus tradita, an valeat? Referitur quedam sententia. n. 11.

Sententia auctoribus. n. 12.

An exigatur licentia quando electores, aut patroni concordant, vt is presentetur, aut eligatur, quem monachus elegerit? num. 13.

An ius nominandi ad emphyteosim pertinens ante ingressum religionis perseveret in nouitio, aut in eo, qui emisit vota biennij in Societate IESV? n. 14.

Quid de professis in ordine Minorum, an illis competat id ius ac renouanda nominationis facta? Referitur quadam sententia. n. 15.

Explicatur sententia auctoritatis, & quid de professis, & formati coadiutoribus in Societate IESV? n. 16.

An hoc ius nominandi transeat ad monasterium succedendi capax, & translato monacho ad aliud monasterium, transeat cum illo, & eo mortuo pereat? n. 17.

An officium publicum, vt tabellionis, &c. quod indiget renouatione intra certum tempus facta ante mortem ne perdat, amittatur ea renouatione non facta ante id tempus transfatum, à tempore illius vsque ad professionem in ordine Minorum, sed transeat vsque ad mortem naturalem? num. 18.

Quid si non renouauerit ante professionem, an possit post illam? num. 19. 20. & 21.

Quid si esset nouitius, aut ligatus votis biennij in Societate IESV? n. 22.

Quo do possit renouatio emphyteosis peti. num. 23.

An possit professus eam petere, aut monasterium eius nomine? num. 24.

An retractus ratione sanguinis competat professi in ordine succedendi incapaci, aut monasterio eius nomine? numero 25.

Quid quando est capax succedendi? n. 26. & 27.

An monasterio vendente rem illam monachis ad vitam, competat proximiorum sanguine ius retractus? numero 28.

An hoc retractus ius competat religioso, qui sola biennij vota emisere in Societate IESV? n. 29.

Quid de nouitijs? n. 30.

Quatuor difficultates, eaque breues inuoluit præsens quaestio, quæ suo ordine enodandæ sunt. Prima difficultas est de iure patronatus, seu presentandi, quod in seculo competebat monacho, an eo professo transeat ad monasterium? Et quidem si illud presentandi ius, aut eligendi competeat monacho iure collegij, aut communitatis alicuius, non transit ad monasterium, sed eo professo deperditur, quia desinit esse pars illius communitatis. Et sic docent Glossa cap. beneficium. verb. conferendum. in additione de regular. in 6. & ibi Ioannes Andre. Dominicus numero 6. ad fin. Francus numero 3.

Si autem pertineat iure singulari, tunc transit in monasterium, quippe id succedit in omnia monachi iura. Atque ita docent Glossa, Ioan. Andr. Dominicus. & Francus allegati n. præcedenti, Lambertin. de iure patronatus. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 1. n. vlt. Flor. de Mena Addit. ad Gamam. decis. 6. num. 2. conf. 6. & lib. 2. variarium. q. 16. §. 2. n. 5. Manuel quest. regular. tom. 2. q. 12. art. 2. Et ideo iure optimo dixerunt Imola l. cum pater. 7. 9. l. hereditatem. l. 1. n. 5. ff. de legat. 2. & ibi Baldus num. unico. Salycetus l. 1. n. 6. C. de hered. instit. ius eligendi non amitti per inuulgum religionis.

Quare non approbo quod tradunt Bellamera conf. 53. Tiraquel. de iure primog. q. 3. n. 11. vbi tradunt ius patronatus pertinens ad primogenitum ex fundatoris dispositione, transire ad secundogenitum, primogenito professo in religione. Et ita iure optimo contrarium tenet Manuel allegatus num. præcedenti, & constat ex omnibus Doctoribus ibi allegatis. Quare horum doctrina, vt vera sit, est intelligenda de monasterio incapaci succedendi, iuxta ea, quæ dicemus num. 5. vel quando ius patronatus esset annexum maioratu illius primogeniti, & maioratus esset eius nature, vt vel ex fundatoris voluntate, vel alia ratione non tranfret in monasterium per primogeniti professionem: tunc enim velut annexum maioratu transfret cum maioratu in sequentem successorem. Vel tertiò, quando ex fundatione ius patronatus esset ita personale, vt apertè constaret ex institutoris voluntate, vt nullo modo transfret ad monasteria.

Et similiter si monachus ædificaret, vel dotaret Ecclesiam ex legitima licentia, ius patronatus non ipsi, sed monasterio acquireretur, cuius sunt omnia, quæ monachus acquirat. Sic Lambertin. de iure patronatus. lib. 1. p. 1. q. 8. art. 9. n. 7.

Intellige autem quando religio est capax succedendi: quando enim est incapax, cum in nulla monachi bona succedat, non succedit quoque in ius patronatus quod in seculo habebat, sed id transit ad sequentem successorem. Et ita bene Manuel quest. regul. como 2. q. 12. art. 2. dixit, ius patronatus transfere ad monasterium succedendi capax. Similiter per simplicia coadiutorum formatorum vota in Societate IESV transfret ius patronatus ad sequentem successorem, non autem per simplicia biennij vota, sed ius presentandi maneret in ipso religioso, sicut de iure nominandi ad emphyteosim dicemus num. 14.

Atque id ius patronatus si sit personæ professi annexum, & ratione illius transeat ad monasterium, extinguetur morte illius professi; atque eo translato legitime in aliud monasterium, videtur transfere quoque id ius cum illo tanquam annexum personæ, & ratione illius competentis monasterio; & si transfret ad monasterium succedendi incapax, professione in eo extingui, si cui vicimus de usufructu cap. præcedenti. num. 63. At id n. credo, sed mansurum in priori monasterio id ius, quia tibi perfectè acquisitum: nec est sicut usufructus, cui quotidie producit, & est personalissimus. Quare mors illa ciuilibus per professionem sequentem posteri monasterio incapaci, non operatur, quod dicitur iuris illius priori monasterio acquiri, & manere extant